

Allegato n. 1

Atto notarile del 14 dicembre 1665, con cui i capifamiglia di “*Piscariae Ultra Flumen*” si impegnavano a versare le Decime Sacramentali in favore della parrocchia della Madonna dei Sette Dolori in Castellamare. (Archivio di Stato di Teramo - affari ecclesiastici - busta 48, fascicolo 1694).

Il documento è riportato anche da Luigi Lopez in “*Pescara dalla Vestina Aterno al 1815*” - Deputazione Abruzzese di storia Patria.

In Dei nomine Amen. Anno a circumcissione Domini millesimo sexagesimo sexagesimo quinto, die vero decima quarta Mensis Decembris eiusdem Anni, tertia inditione, Regnante et Dominante Regio nostro Domino Carolo Secundo Dei gratia Rege, ac Domina Marianna eius Matre, Tutrice, ac Gubernatrice Castello, Utriusque Siciliae, Hierusalem, anno eius primo. Amen. Actum Piscariae ultra flumen, extra moenia et proprie in claustrum P.P. Cappuccinorum dicte Terrae, iuxta ... Nos Sebastianus Imbastarius de Piscaria litteratus in vita Regius ad contractus Iudex, Ludovicus de Berardinis Terrae Piscariae publicus per ambas Provincias Aprutitii Citra e Ultra flumen Piscariae Regia auctoritate notarius, et infrascripti testes videlicet D. Ferrantes de Flamminio Terrae Basciani, Berardinus Riferzo Montis Silvani, et Gabriel Agramonte Miles in Regio Praesidio dictae Terrae omnes liciterati ad hoc habiti, ducti, vocati, specialiter rogati, praesenti publico Instrumento notum facimus, atque testamur, quod praedicto die in nostri quorumque Iudicis, Notarii testiumque praesentia personaliter constituti Sabatinus de Donato de Camplo, Ioannes de Donato de Piscaria, Mercurius de Marino Fani Adriani, Ioseph Ioannis Berardini de Sancto Homero, Petrus de Monte Piscaria, Camillus de Andrea de Silvio, Iosef Iacobi de Piscaria, Ioannes Nicolus de Iulio de Monticello Terami, Franciscus Alexandri Status Marchiae, Antonius Pauli de Colonella, Baldassar Lutii de Marchia, Iacobus Angelillus de Lactanzio Civitilli ad Trunctum, Ioannes Fulvii de Piscaria, Menguccius Tributii Sancti Iacobbi, Ioannes de Luzio de Bellante, Menguccius Ciavarra de Hadria, Salvator Berardini de Camplo, Philippus Ioannis Berardini de Piscaria, Brandemartus Baldaxarris de Camplo, Hieronimus Ioannis Berardini de Piscaria, Vincentius Pier Ilii de Piscaria, Ioannes Dominicus Baptista de Valle Castellana, Paulus Ioannes Civitilli ad Trunctum, Nicolaus Intini de Motignano, Felix Brandimartus Status Marchiae, Marchionnus Francisci de Spulturio, Ioannes Dominicus Calice Civitilli ad Trunctum, Gregorius Alexi de Piscaria, Silvester Salvatoris de Camplo, Ioannes Baptista de Silvio, Lucentus Marci Status Marchiae, Minguccius Teodori de Piscaria, Gaspar de Berardino de Nareto, Ioannes Lucae de Cologna, Hieronimus Gasbaris de Camplo, Lucas Simonis Fabiani Villae Scipii, Ioannes Simeonis de Camplo, Ioseph Romanus de Truncto, Addezius de Alexio Civitilli ad Trunctum, Pascalis Rapagnetta de Camplo, Ioannes Nicolaus Camilli de Adria, Petrus Ludovici de Piscaria, Ludovicus Ferranti Status Marchiae, Iulius Luzii de Camplo, Alexander Gregorii Civitilli ad Trunctum, Antonius Ioannis Paoli de Camplo, Franciscus de Andrea de Spulturio, Franciscus Vincentius de Adria, Teodorus de Aiello Civitatis Sancti Angeli, Pascalis Mantini de Adria, Philippus Donati de Piscaria, Nicolaus Carlucii de Piscaria, Antonius Amici de Piscaria, Nicolaus Ciavarra de Adria, Sabatinus Ioannis Angeli de Camplo, Berardinus Salvatoris Ripae Teatinae, Ioannes Vittorius de Camplo, Ioannes Paoli de Camplo, Sabatinus Cesaris de Piscaria, Franciscus Faiazzo de Camplo, Lucas Gasbaris de Camplo, Ioseph Thomae de Controguerra, Ioannes Francisci Civitilli ad Trunctum, Gregorius Baldaxarris Civitilli ad Trunctum, Gerardus Petri Antonii de Silvio, Ioannes Iacobi de Ilice, Franciscus Francisci de Piscaria, Donatus Iosephi Civitilli ad Trunctum, Agostinus Ciavarra de Adria, Donatus Riccio de Castilenti, Simeon Santucii Casae Novae de Montorio, Petrus Dominici de Camplo, Dominicus Fabiani de Piscaria, Pascalis Berardini de Piscaria, Philippus Consortis de Camplo, Ioannes Dominici de Bellante, Alfonsus Orsolinus de Teramo, Paulus Filippi de Teramo, Franciscus Barriani Status Marchiae, Fabianus Dominici de Montepagano, Laurentius Antonii Villae Novae, Filippus Antonii Vallae Castellanae, Ioannes Petri Antonii de Montepagano, omnes habitatores in Territorio Piscariae ultra flumen, qui sponte asserent coram nobis e unusquisque illorum asserent ut Ecclesia ex...

Menia Piscariae nuncupata la Madonna SS. de Sette Dolori perveniat Curam Animarum pro commoditate omnium habitantium in dicto territorio ultra flumen supplicasse Ill.um R.um Episcopum Pinnen a quo fuit dictum quod prius dicti asserentes habitatores se obligant, et unusquisque illorum se obligat tam pro seipso quod pro eius Familia, et Famulis actis ad recipiendum Sanctum Corpus Christi praesentibus, et futuris sistentibus in territorio Piscariae, consignare in die decima quinta Mensis Augusti Curato sistenti anno quolibet in eius propria Domo absque eius labore et dispendio coppam unam, seu stuppellos sex frumenti bonae qualitatis cunciae, et mensurae rasae, et sic facere habeant, et debeant omnes habitatores venientes in futurum in dicto territorio ultra flumen sub dicta cura, et volentes adimplere omnia praedicta ex quo tractatur pro beneficio, et salute Animarum. Ideo hodie praedicto die non vi.....sed omni meliore modo...promiserunt, et se obligaverunt, et unusquisque illorum promisit, et se obligavit dare, et consignare decimam Sacerdotibus sistentibus, et mihi Notario per ipsis stipulantibus sistentibus pro tempore in dicta Ecclesia Beatae Mariae Semper Virginis Septem Dolorum Coppam unam, seu stuppellos sex frumenti bonae qualitatis cunciae et mensurae in propria Domo dicti Curati in die decimaquinta Mensis Augusti in perpetuum eorum sumptibus tam pro unoquoque illorum quam pro uxoribus, Filiis, Fratibus, et Famulis presentibus, et futuris actis ad recipiendum Sanctum Corpus Christi, nec non promiserunt et obligaverunt sic facere debeant omnes in futurum venientes in habitatione in dicto territorio Piscariae ultra flumen sub dicta Cura, et deficientibus introitibus dictae Ecclesiae promiserunt, et unusquisque illorum promisit supplere dictae Ecclesiae de propriis bonis ad omnia quae necesse sint, et facta, et electa Cura dicta Ecclesia declarant et intendum non corrispondere amplius in futurum Curato Ecclesiae Villae Rampinae intus Fortellicium Piscariae solitas decimas...ut pro praeterito corrispondebant stante non administrabit amplius Sancta Sacramenta dictis hominibus, et personis praesentibus, ut futuris habitatoribus in dicto territorio Piscariae, et ultra flumen Piscariae sub dicta Cura pro ut de predictis omnibus supplicasse Ill.um R.um Episcopum Pinnen, et electa Cura dicta Ecclesia....de presentia promiserunt, et unusquisque illorum promisit facere primam consignationem dictae unius Cuppae frumenti in decima quinta Mensis Augusti intrantis Anni 1666, et sic consignare in perpetuum in modo, et forma pro ut superius dictum est, et non aliter, nec alio modo, quia sic...pro quibus omnibus observantibus, obligarunt et unusquisque illorum se obligavit...bona...sub pena duplici...cum pacto de capiendo...constitutione precarii...renunciaverunt... iuraverunt...unde ad futurum, et perpetuam rei memoriam factum est presens instrumentum scriptum per manus mei supradicti Notarii signo meo consueto signato, nec non qui supra Iudicis, et Testium subscriptionibus roboratum. Laus Deo. Ego Sebastianus Imbastarius Iudex ad contractus interfui. Io Gabriele Agramonte fui presente come sopra. Ego Dominicus Ferdinandus a Basciano interfui. Presentibus Sebastianus Imbastarius Iudex ad contractus. Testibus videlicet D. Ferrantes de Flaminio Terrae Basciani, Berardinus Riferzo Montis Silvani, et Gabriel Agramonte Miles in Regio Presidio Piscariae. Die Vigesima tertia Mensis Februarii 1677 Piscariae in Marchionalis Curia presentatum per Procuratores Divae Mariae Dolorum cum protestate relaxandi Copia.